

De Fallacijs extra dictionem. 659

additur, significationem vel naturã non
planẽ tollit, aliquid tamẽ detrahit vel etiã
restringitur, e. g. cũ dico: *æthiops est albus*
secundum dentes, & *secundum dentes est* par-
ticula diminuẽs, quæ albi, cui additur, fi-
gnificationẽ non planẽ tollit, aliquid ta-
mẽ detrahit, vel restringit ad certã partẽ,
nempe ad dentes, ut & album non toti æ-
thiopi tribui queat. Cũ igitur ex eo, quod
aliquid cũ ejusmodi adjectionẽ vel deter-
minatione (i. alienans sit seu deminuens)
verũ est, colligitur, id absolute verũ esse &
sine ejusmodi determinatione, est fallacia
à dicto secundũ quid ad dictũ simpliciter.

9. Fallacia à dicto simpliciter ad di-
ctum secundum quid est, cum sophista
ex eo, quod aliquid sine determinatione
verum est, colligit, id verum esse etiam
cum determinatione, e. g. cum ex eo,
quod gladius domino est restituendus,
colligitur, gladium restituendum esse et-
iam domino furioso.

7. Fallacia ignorantie elenchi est,
cum conclusio argumentationis ob de-
fictũ requisiti contradictionis non con-
tradicit alterius conclusioni vel senten-
tiæ, cui tamen contradicere debebat, di-
citur ignorantia elenchi, quia qui eã de-
cipitur, nescire videtur, quid sit *ἀλέγξειν*.

Tr 2 c.g.